



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum Apostolicorum, Libri Quinq[ue]

Torres, Francisco de

Coloniae, 1573

VD16 T 1629

Cap. XVII. Quomodò quae apostolus 2. Timoth. 2. scribit, non in nos, vt Magdeburgenses volunt, sed in Luterano potiùs, conueniant: & quomodò nos non de verbis cum eis contendimus, sed de re: & quae ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29685

Magd. nullum
ex veteribus
catholicis pro-
ducere possunt,
qui improbet
ieiunia, quæ
ex legis præ-
scripto fiunt.
1. Tim. 5.

Exemplo Ti-
mothei redar-
guitur impro-
batio delectis
ciborum &
potius.

Qui in ieiun-
iis delectum
ciborum impro-
bant, cum Epi-
scopo & Epu-
lone sepelien-
tur in inferno

Marcus Ana-
choreta ad
Lycium.

cere, pro ecclesiastico ieiunio, quo ecclesia nostra utitur. Producant Mag-
deburg, vel vnum tantum ex antiquis catholicis, qui dicat, aut non esse ie-
iunandum ex præscripto legis, aut in ieiunio non esse à carne abstin-
dum. Quæso vos Magdeburgens, qui scripsit Timotheo, Te ipsum castum
custodi, noli aquam bibere, sed vtere modico vino propter stomachum &
frequentes tuas infirmitates, an existimatis, si ille robusto & benè valente
stomacho fuisset, non fuisset Paulum laudaturum, quòd aquam biberet?
quis sanæ mentis hoc neget? præsertim cum esset Timotheus adolescens, &
castum esse Paulus iuberet: scitis autem vos, verum esse quod dixit Comi-
cus, Sine Cerere & Baccho frigere Venerem. Cur igitur quòd laudaturus
erat Paulus in Timotheo, quòdque spontè, vt melius castitatem tueri posset,
faciebat, non sit laudabile cuius Christiano, & ad libertatem euangelij per-
tinens, si quidem possit ad exemplum illius abstinere à vino & carne, & ijs ci-
bis vti, quibus corpus quidem ad naturæ necessitatem alatur, & citra iniu-
riam valetudinis irà castigetur, vt à seruitute corruptionis & concupiscen-
tiæ liberetur? An licebit medico cibum ægroto interdicerè, & id nemo ad
seruitutem pertinere dicat in curando corpore, & non liceat medicis animo-
rum, ad curationem animæ cibum aliquandò & potum interdicerè? Aut si
id fiat, continuò contra libertatem euangelij, id est, còtra libertatem carnis
fieri clamabitis? Vos enim, vt de alijs similibus Iudas Apostolus scripsit,
Dñi nostri gratiam in luxuriam trāsferitis. Timotheus ergò quia sibi vinum
prohibebat, adde etiam & carnem, si quidem corpus suum ieiunijs ad custo-
diam castitatis, vtpotè adolescens macerabat, iam ex istis erat, quos Paulus
prædixit nouissimis diebus à fide recessuros? Denique si iij, qui à cibus aut vi-
no abstinent ieiunando, vt catholici facere solent, à fide discesserunt, (quid
enim interest abstinere à cibus, an à potu vini, cum vtraque sit, creatura Dei?
Edite ergò vos & bibite, ac plaudite, quibus ista placet comœdia. Vtinàm
cràs non moriamini, & sepeliamini in inferno cum Epicuro & Epulone:
apud nos verò vtinàm tam studiosè ieiunarent omnes, qui valent, quæ sancta
& Deo grata, atque animis & corporibus salubria, ieiunia esse credimus &
experimur. Vtinàm omnes iuuenes ad custodiam castitatis faciliorem, Ti-
motheum imitarentur, nõ dico vsque ad offensionem stomachi, vinum sibi
interdiceret, sed saltem citra incommodum valetudinis plus aquæ misce-
ret: quia caro, inquit Marcus Anachoreta in epist. ad Lycium, si pinguis sit,
aut iuuenis, aut humidior, facile excitatur ad libidinè, idcirco præcipit idè,
vt iuuenis vinum omninò nè oleat quidem: immò etiam satietatem aquæ
fugiat. multum enim, inquit, valet ad castitatem exercendam humoris va-
cuitas. Sed refellamus, quæ sequuntur, quæ contra nos, id est, còtra episto-
las apostolicorum Pontificum Magde. indicatis tantum locis scripturæ, at-
tulerunt. citant enim præterea c. 2. Tim. 2. contra nos.

Quomodo quæ Apost. 2. Tim. 2. scribit, non in nos, vt Magde. volunt, sed
in Luteranos potius, conueniant: & quomodo nos non de verbis cum eis con-
ten-

tendimus, sed de re: & quæ sit regula ab Apostolis tradita rectè tractandi verbum veritatis: & quomodo eam repudiarunt Luterani magistri. Item de profano vaniloquio, quid sit, & de exemplis eius, & quomodo Luteranorum, de iustificatione ex sola fide, sit prophanum vaniloquium, ut illud Hymenæi & Phileti, resurrectionem esse iam factam, & quomodo hoc veteres interpretati sunt, & quomodo in nostra ecclesia cauetur omne vaniloquium profanum studio inquisitorum, quo carent Luterani, & de necessitate & antiquitate huius officij in Ecclesijs catholicorum. Cap. 17.

Videamus igitur vtrum nostris cõueniãt, quæ hîc ait Apostolus: Noli, inquit, contẽdere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionẽ audietium. Sollicitè autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractãtem verbum veritatis. Profana autem vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, ut cancer serpit. Primum igitur præceptum hoc de non contẽdendo verbis, benè vtriq; nostrum inter nos seruamus. Si enim de verbis tantum pugna nostra vobiscum esset, & non de rebus, facilè exemplum magni Athanasij sequeremur, qui de ijs, qui affirmabãt vnam esse hypostasim, & rogati quomodo hypostasim acciperent, respondebant pro substantia, ita vt nobiscum sentirent, vnam esse patris & filij & spiritus sancti substantiam. sic ad Antiochenes scripsit, non esse illos amplius interrogãdos, quin potius recipiendam esse illorum interpretationem: simulq; hortatur, vt ab ijs, qui rectè interpretantur & sentiunt, nihil aliud requiratur, neq; de verbis disceptetur: ad nihil enim eiusmodi cõtentione de verbis vtilè esse. At Luterani, vt dixi, non de verbis nobiscum disceptant, ne tunc quidem, cum de fide iustificãte cum eis pugnamus. Nos enim fidẽ sine charitate, per quam in ipso etiam baptismo paruuli fides perficitur, nihil ad salutẽ valere profiteamur: isti verò solam & nudam fidem prædicant, quod quidem audietes subuertit. Facit enim hæc doctrina, ne curam habeant bonorum operum, dum persuasum habet, posse hominem placere Deo per solam fidem, sine vllò actu charitatis, nec elicitò, nec imperato. Sequitur in epist. Pauli, Cura te ipsum exhibere operarium inconfusibilem. Hoc verò quomodo Magdeburg. implent, qui tradunt cum reliquis magistris Luteranorum, posse hominem exhibere se Deo *δικαιωσις*, id est, probabilem per solam fidem? & cum Paulus Apostolus vtrunq; vno loco iunxerit *δικαιωσις* *θεῷ, καὶ ἔργα τῆς*, id est, probabilem & operarium inconfusibilem, isti qui nouam sectam introducunt, alterum ab altero separant, vt probetur eis per solam fidem, quæ secundum Apostolum nõ probatur Deo sine opere, vnde operarius est, & dicitur. Est ne hoc rectè tractare verbum veritatis? habetis ne vos Magde. potestatem commendandi & exhibendi Deo probabilem sine opere, quem Deus non commendat, neq; probat, nec Apostolus eius Paulus? Sed videamus qd sequitur.

rectè

2. Tim. 2.

Athanasius
ad Antiochenes.

Non de verbis
tantum, sed de
re disceptant
nobiscum Luterani.

Quod solam
nudam fidem
predicare audietes
subuertat.

Luterani magistri
commendant apud Deum
per solam fidem,
quæ Deus non
commendat,
nec Apostolus
eius sine opere

rectè tractantem verbū veritatis .nos regulam τὸ ὀρθοτόμηον, id est, rectè tractandi verbum veritatis ex Paulo Apostolo didicimus, cum in epistola ad Philipp. admonet, vt si quid aliter senserimus, ita à Deo reuelandum esse credamus, vt tamen idem sapiamus, ad quod prius venimus. Hoc enim significat ἡ φθόρα, quod magis adhuc declarat, subiūgens: In eadem regula permaneamus & cum ad Timoth. scribit, inquires, Tu autem permane in ijs, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Interrogate vos Luterani centuriatores vestros, & alios Superintendentes, vt vocatis, an permaneant in ijs, quæ per patres & maiores suos didicerunt: & an sciat, ex quo ista, quæ tradunt, didicerint, nisi ex proprio eorum propheta Martino Lutero. an non est hoc μεθ' ἑσέων verbum Dei, vt ait beatus Polycarpus in episto. sua, id est, circumuenire potius, quàm rectè tractare? Siquidem vt non habereis successores vltos Apostolorum ex ijs, qui ea nobis tradiderunt, quæ ab ipsis Apostolis per successiones in ecclesijs acceperunt, neque doctores vltos antiquos, quos Deus dedit ecclesiæ, nè circumferatur homines omni vento doctrinæ, vos in astutia, sicut Apostolus ait, εἰς μεθ' ἑσέων τῆς πλάνης, id est, ad circumuentionem erroris omnia dogmata nostra vobis nõ consentientia, quæ in illis antiquis patribus legitis, nauos & corruptelas, & inclinationes doctrinæ esse finxistis. Quæro iterum, est ne hoc ὀρθοτόμηον, id est, rectè tractare verbum veritatis? an μεθ' ἑσέων, id est, circumuenire? Sequitur in Paulo: Profana autem vaniloquia deuota: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Est κενόφωνία, id est, vaniloquium, vt Olympiodorus in comm. Iob cap. 32. interpretatur, cum aliquid dicitur, quod intelligi non potest, neq; probari, vt rùm ita sit. Vnde promisit Eliu diciturum se, quæ illi tres amici Iob intelligere possent, quod erat loqui vsq; ad eos. sic enim dixit. exemplū verò huiusmodi vaniloquij, siue cõmenti fabulosi, est illud Hymenæi & Phileti, esse scilicet iam factam resurrectionem, siue illi successiones liberorum, resurrectionem esse profanè interpretarentur, vt Theodoretus putat: siue remunerationem cuiusq; vt beatus Cyrillus, qui disputationem scripsit aduersus eos, qui idè aiebant iam factam esse remunerationem cuiusq; pro meritis, quod nõ dixisset Dominus in euang. cum de diuite & mendico loquitur, mendicus quidam, sed Lazarus, vt ipsa, inquires, proprii nominis appellatione demonstraret, iam esse factam re & veritate remunerationem: siue resurrectionem interpretarentur vitam hominis iusti in carne mortali: vt quidam author nostri temporis in 4. lib. de locis Theologicis existimauit: siue quid aliud vanitatis. Exemplum quoq; huiusmodi vaniloquij, ait Iustinianus Imperator in Nouel. 146. esse Deuterose Iudæorum, quas illi dicunt traditiones sapientum à Moise acceptas, à quibus Paulus Timotheum, vt matre Iudæum, monet vt caueat: & formam habeat sanorum verborum, quod idè in alio loco dicit. Videamus nunc, sint ne vestra vaniloquia, & quidem profana, an nostra? atqui in ecclesia nostra nihil traditur, quod non ab omnibus intelligi

De regulare
est tractandi
verbū veritatis,
vnde eam
nos didicimus.

Philip. 3.
2. Tim. 3.

Polycarpus in
epist. sua.
Luterani ex
nullis successoribus
apostolorum
discere volūt,
nec habere
illos in ecclesia
doctores
Ephes. 4.

Quid sit vaniloquium,
& quæ exempla
eius.
Iob 32.

De vaniloquio
dicentium,
iam factam esse
resurrectionem.

2. Timo. 1.
Quare in
nostra ecclesia
non tradantur

intelligi possit: & ab eo qui tradit, demonstrari ita esse, quia sic acceperit in ecclesia: & sic in omnibus ecclesijs doceatur. Si quis verò euāgelizet præter id quod accepit, & ecclesiæ traditum est, sit anathema. & si quis ecclesiæ suspectus est, inquiritur in eum: & exploratur fides eius. ita fit, ut neq; profana vaniloquia, neq; sermo vllus corruptus, tanq̄ cancer ad impietatem proficiens, inter nos serpat. Atq; hæc quidem est necessitas, & fructus nostrorū Inquisitorum, qui sunt in hac parte episcoporum adiutores præcipui: (ad episcopum enim in primis pertinet, omni diligentia curare, ut quibus præest, sani sint in fide) quorū munere & cura nunq̄ ecclesias apud maiores nostros olim vacasse, intelligi potest ex 3. lib. Origenis contra Celsū, in quo licet obseruare ordinem τῶν φιλοπευστῶν, id est, corū, qui in aliorū vitam & fidem studio sciscitandi, ad eijciendum infames, inquirebāt. sic enim ait, Apud eos, qui pro viribus ostenderūt, propositum sibi esse, nihil aliud velle, quàm quæ Christianis viderentur, fuisse quosdam constitutos ad sciscitandum de vita & conuersatione cuiusq;, ut si qui facerent τὰ ἐπιβήτεια, id est, aliquid infame, cœtu communi & consortio Christianorum prohiberentur. Erant igitur tūc ἐκ τῶν ἐπιβήτεια, id est, inter infamia & profana, ea, quæ vos nunc præter sensum cæterorum Christianorū, & sanctarū ecclesiarum consuetudinem vultis, ut non obseruare dies ieiuniorum, non dies festos sanctorū, non orare pro mortuis, non habere religioni vota, non abstinere à nuptijs sacrarum Virginum, non confiteri sacerdotibus, non sacrificare, non venerari imagines sanctas, & alia huiusmodi, nè omnia enumerem, in quibus qui erant deprehensi, ex communi congressu ac consortio Christianorum ante mille trecentos annos & amplius eijciebantur. Nō enim alio grauiore supplicio vllū tunc afficere poterat ecclesia, quod nec ethnici Imperatores & magistratus passi fuissent, ut rectè Remundus Ruffus iuriscōsultus contra Molinæum obiecit. at apud Luteranorū magistros, qui gratiam euangelij in luxuriam, ut de alijs similibus beatus Iudas scripsit, & in licentiam transtulerunt, quis huic officio inquirendi præest? quod iudiciū apud istos exercetur de vaniloquijs profanis, quæ populis traduntur? An non est profanum vaniloquium dogma istorum de iustificatione, quod Theobaldus Thamerus Germanus, qui quinquēnium fuit, ut scitis, ex ministris Luteranorum, & iam pridem, quia ex nobis prodierat, & ex nobis erat, ad nos redijt, scitè ille quidem & festiuè phantasma appellare solebat, cum de eo aliquandò disputaremus. Quid enim vanius aut fallacius esse potest, q̄ tradere sola & nuda fide hominem iustificari? An non superat oēs chimæras, & hippocentaurus, ac tragelaphos, omnes denique fabulas, ut qui manet in morte, viuat? Iustus enim, sicut scriptum est, ex fide viuuit: & qui non diligit, manet in morte, ait Ioannes: Sed dicent hīc, fidem, cui totā vim iustificandi tribuunt, nunq̄ esse sine charitate. sic enim nupèr quidā ex eis doct̄or Tubingensis scripsit, atq; ita negabunt effici, quod dicimus. At quomodò ait Apostolus de quibusdā, confiteri se nōsse Deum, factis autē

*tur vanilos
quia, sed apud
Luteranos.*

*De officio in
quisitorum
des, quod sime
per fuit in
ecclesia.*

*Apud Luteranos
nos non sunt,
qui de fide in
quirant.*

*Quò oēs chio
meras superet
vaniloquium
quod tradunt
Luterani, ius
tificari homi
nem per solā
fidem.*

Ccc negare?

Observatio
Philonis in iu-
stificatione
Abrahæ, quæ
locū epistolæ
Iacobi declar-
at
Quid sit, stare
coram Deo, et
ei appropin-
quare.

Prou. 8.
Ioan. 15.
Ephes. 1.

negare? Etenim si confitentur se nōsse Deum, fidem igitur habent. ac rursus si factis negant, ergo non habent charitatē. Præterea, quid minus intelligi potest, q̄ vt is qui charitatem non habet, sic amicus Dei? Abrahā enim postquam credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, vt in Genesi scriptum est, dictus est stare coram Deo, & appropinquare illi, vt est in Gen. cap. 18. quod Philon quoq; Alexandrinus in libro de migratiōe Abrahæ, obseruaui: stare autem coram Deo, & appropinquare ei, est esse amicum eius, non solum quia B. Iacobus, cuius epistolā negatis, sic interpretatus est, cum ait, Reputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. sed quia secundum idioma scripturæ S. & proprietatem verborum, non potest aliud significare, stare coram Deo & appropinquare ei, q̄ esse amicum eius: quod quidē sine opere charitatis fieri non potest, cum ipse per sapientiam suā dicat, Ego diligentes me diligo. & in euangelio: Vos amici mei estis, si feceritis, quæcunq; præcipio vobis. & Paulus, Elegit nos, vt essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate. Vt igitur Hymenæus & Philetus resurrectionē aiebant factam esse, anteq̄ fieret: sic isti, secundum vaniloquium suum, iustificationem, quæ est quædam vita ex mortuis, factam esse tradunt, antequam fiat.

Quomodo quæ Magdeb. scripta esse dicunt de nobis 2. Thess. 2. in ipsis quoq; propriè quadrent, & in nos nullo modo possint: & quomodo mysterium iniquitatis in ipsis nunc operetur, tanquam in Anichristis, docuisse Ioannē in epist. sua. Item collatis eorum, quæ Daniel de Anichristo prædixit, cum præcursoribus eius Luteranis magistris, & quomodo mira eorum similitudo demonstretur & cernatur. De 2. Pet. 2, quomodo quæ nobis falso tribuntur Magd. ipsis verè congruāt, vt introducere nouas sectas, & negare eam, quæ redemit eos, & sequi multos eorum luxuriam, & viam veritatis per eos blasphemari.

Cap. 17.

Quo id quod
in nos torquet
sectarij, in se
adamissim
quadret.

Sed transeamus ad aliam notationem istorum. Citant enim deinde contra nos c. 2. Thess. 2. Videamus igitur, quid Apostolus dicat loco, ab istis indicato tantum, Rogamus autem, inquit, vos fratres per aduentum Dñi nostri Iesu Christi, & nostram congregationem in ipsum, vt non citò moueamini à vestro sensu, neq; terreamini neq; per spiritū, neq; per sermonem, neq; per epistolam, tanquam per nos missam, quasi in ster dies Dñi: nō quis vos seducat vilo modo. Si vos Magd. cum Luteranis vestris illi estis, quos Apostolus rogat, nō citò moueamini à sensu vestro, necesse est, vt doceatis fuisse vos à principio isto sensu: & istam disciplinam, quam tenetis, à principio tenuisse patres & maiores vestros: at hoc non docetis, neq; docere potestis, immò nostrū sensum & nostram disciplinam vos ipsi in antiquis ecclesiæ sanctæ doctoribus demonstratis, quos nauos & corruptelatos illorū seculorū & inclinationes doctrinæ esse dicitis. ita fit, vt ipsis ceterisq; vestris

Magd. suis ceterisq;
suis se ingu-